

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quas clades barbari sustinuerint, qui Ioanni tyranno opitulati sunt. Cap.
XLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12704

quidem mansuetudinem Deus hostes illius sine præliorum certaminibus ei subiugauit: sicut tum trophæa contra Ioannem tyrannum statuta, tum clades Barbarorum, quæ post consecuta est, euidenter ostendit. Nam Deus talia beneficia in hunc sanctissimum Imperatorem contulit, qualia in eos, qui olim iustitiam in vita diligenter colebant, contulerat. Atque certè non assentandi studio impulsus hæc scribo, sed reuera ita se habere omnibus deinceps perspicuè declarabo.

Quas clades barbari sustinuerint, qui Ioanni tyranno opitulati sunt. CAP. XLII.

POST tyranni necem, Barbari, quos ille ad auxilium sibi contra Romanos ferendum accersuerat, in fines imperij Romani incursionem facere constituerunt.

Quo audito Imperator vti solet, istarum rerum curam Deo commendauit, atq; precibus se totum dedens, breui, quod in optatis erat, est consecutus. Quibus autem cladibus barbari opprimerentur, non incommodum est hoc loco recensere. Primum illorum dux, nomine Rugas fulminis iactu interiit, Deinde pestis subsecuta, maximam partem hominum qui ei parebant, è medio sustulit. Neque hoc satis esse videbatur, sed ignis etiam de calo delapsus, complures eorum qui supererant, absumpsi. Quæres Barbarorum animis maximum iniecit timorem, non tam propterea quod contra bellicosam Romanorum gentem arma ferre ausi fuissent, quam quod Romanos à Deo præpotenti adjutos animaduerterent. Eodem tempore Proclus episcopus prophetiam quandam ex Ezechiele petitam in ecclesia docuit, eamque præclare ad salutem iam tum Romanis à Deo datam non sine maxima omnium commendatione accommodatuit. Prophetia autem hæc est. Tu fili hominis vaticinare super Gog, principem Rhos, Misch, & Thobel. Iudicabo eum morte & sanguine, & pluia inundanti, & lapidibus grandinis: & ignem & sulfur pluam super eum, & super omnes qui sunt cum eo, & in gentes multas cum eo, & magnificabor,

AA 4 & glo-

S O C R A T . H I S T O R .

& gloriſicabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & ſcient quia ego sum dominus. Hac de cauſa Proclus maxi- , mam, ut dixi, laudem conſecutus eſt.

*Quod Imperator Valentinianus Iunior Eudoxiam
Theodosii filiam duxit uxorem.*

C A P . X L I I I .

Imperatoṛ verò Theodoſius, ob ſuam iſhiſius manſuetudi- nem cum alia multa beneficia, tum illud vnum in primis diuina prouidentia recepit. ſiliā habuit ex coniuge Eu- docia, cui Eudoxia nomen erat. Hanc Valentinianus eius conſobrinus, quem partium occidentalium Imperatorem creauerat, ſibi in matrimonium dari poſtulauit. Theodoſius Imperatoṛ eius poſtulationi morem geſſit. Ac cum eſſet de loco aliquo intermedio inter Romam & Constantinopolim interieſto ad celebrandas nuptias deliberatum, viſumq; Thessalonicae, itinere quaſi dimidiato, illud negotij obire, Valentinianus Theodoſio per literas ſignificauit, vt nihil ipſe ſibi de ea re exhiberet moleſtia. Se enim Constantinopolim venturum dixit. Itaque cum res partiū occidentalium in tuto collocauiſſet, nuptiarum cauſa Constantinopolim profiſſicitur. quibus confeſtis Iſidoro, & Sinatore Coſs. capit coniugem, & ad partes versus occidentem ma- turè reuertitur. Theodoſius Dei beneficio hoc proſpero & fœlici caſu potitus eſt.

Quod Imperator ab Episcopo Proclo perſuafus, Ioannis corpus ab exilio Constantinopolim transferendum, ac in apostolorū ecclieſia reponendū curauit.

C A P . X L I I I I .

Exiguo tempore poſt, Proclus Episcopus eos, qui propter Ioannis abdicationem separati, conuentus peragebant, cum cæteris in concordiam reduxit, & pru- dentia eorum animos offensos permulſit. Sed qua ratione iſtud effecerit, dicam. Corpus Ioannis Comanis ſepultum, vbi Imperatori eam rem perſuafat, trigesimo quinto anno poſt eius abdicationem Constantinopolim transferendum curauit. Quod cum multo honore & ſplendida pompa pu- blicè